

Quodcum audisset ih̄s. secessit inde in nauicula in locum deser-
 tum seorsum; & cum audissent turbæ. sequitæ sunt eum
 pedestres decem milibus; & exiens uidit turbam multam. &
 miseratus est illis. & curauit languidos eorum. **U**espere autē
 facto. accesserunt ad eum discipuli eius dicentes; Desertus est
 locus & hora iam præterit. dimitte turbas ut euntes in cas-
 tella emant sibi escas; ih̄s autem dixit eis; non habent necesse
 ire. date illis uos manducare; Responderunt ei; non habē-
 mus hic nisi quinque panes. & duos pisces; qui ait eis; Adfer te
 illos mihi huc; [Et cum iussisset turbam discumbere supra
 foenum. acceptis quinque panibus & duobus piscibus. aspici-
 ens in caelum benedixit ac fregit. & dedit discipulis panes. dis-
 cipuli autem turbis; & manducauerunt omnes. & saturati
 sunt; & tulerunt reliquias. duodecim cophinos fragmen-
 torum plenos; Manducantium autem fuit numerus. quinq-
 milia uirorum. exceptis mulieribus & paruulis; **E**t statim
 iussit discipulos suos ascendere in nauiculam. & præcedere
 eum trans fr̄dum. donec dimitteret turbas; **E**t dimissa
 turba. ascendit in montem solus orare; **U**espere autē facto.
 solus erat ibi; Nauicula autem in medio mari alta batitur fluc-
 tibus. erat enim contrarius uentus; Quarta autem uigilia
 noctis. uenit ad eos ambulans supra mare; & uidentes eum
 supra mare ambulantem. turbæ sunt dicentes quia phantasma
 est. & præ timore clamaue-
 runt; Statimque ih̄s.
 loquutus est eis dicens; habete fiduciam. ego sum. nolite timere;
Respondens autem petrus dixit; Dne si tu es. iube me uenire ad
 te super aquas; At ipse ait; ueni; & descendens petrus de nau-
 cula. ambulabat super aquam ut ueniret ad ihm̄. Videns
 uero uentum ualidum. timuit; & cum cepisset mergi.
 clamauit dicens; Dne saluum me fac; & continuo ih̄s ex-

m. c. lxxviii
 lxxviii
 lxxviii